

fidem pie intelligentibus ista narratio. Hæc A
Augustinus.

I N V I D E R V N T E R G O E I P E L I S T H I N I . Altera causa pium Isaacum grauans, malignitas indigenarum, qui hospiti inuident diuinam benedictionem, quoniam eam non agnoscunt sed fortunam putant, quam æquis animis intueri non possunt: quoniam, iuxta vulgare illud Horatii lib. i. ep. 2.

Inuidus alterius rebus marcescit opimis.

15. E T O M N E S P V T E O S , Q V O S F O D E R A N T . Tertia causa, realis læsio. B Quem oderunt, ei nocere student. Aestuantes ergo inuidia puteos paternos ei non vi quidem eripiunt, sed terra obstruunt: quæ iniuria grauis erat, & ad eum eiiciendum proxima via. In locis enim siticulosis ad aquationem armentorum & gregum puteos carere non poterat. Et vide malitiam. Dummodo hospiti noceant, ipsi etiam puteos carere volunt. Insuper periurio se obstringunt. Nam contra pacta & fidem iuratam supra, cap. 21. 31. id fecerunt. Sic inuidia nec C ibi ipsa parcit, dummodo aliis egre faciat, nulla iuris aut religionis ratione habita.

16. D I X I T Q V E A B I M E L E C H A D I S A A C : D I S C E D E . Quarta & proxima causa, Regis mandatum. DISCEDE, ambiguum, roget an imperet. Ut sit, inconstans & iniustus est: Quem prius edicto lædi vetuerat, nunc eiicit ipse innoxius: Videtur impulsus huc calumniis subditorum. Ita non est Rex, sed seruus subditorum. Discamus non confidere magnatum gratiae, quæ leui momento D. huic illuc flectitur & mutatur.

Q V I A M V L T O F O R T I O R E S I N O B I S . Primo causam eiectioi opulentiam prætexit: at erat hæc accidentaria: Veras causas inuidentiam suspicacitatem, metum tacer. Metuit enim ab hospite potente. Atqui à viro sancto nō erat, cur metueret. Sed infideles nec pios, nec Dei benedictionem secum ferre possunt. Sic Isaaco ostracismus.

indicit. Erat relegatio eorum, qui propter opes & potentiam erant Reipublicæ formidabiles: (Aristot. lib. 3. polit. cap. 9.) ut contigit Aristidi, Themistocli, Cimoni, &c.

17. A B I I T E R G O , E T F I X I T T E N T O R I A . Altera circumstantia: migratio Isaaci ex Gerar in vallem, נְהַר signifies torrentem & vallem, per quam aquæ fluunt, licet aquæ aëtu non fluunt. De torrente non videtur accipiendum: quia sic non opus fuisset contentione de puteis. In valle igitur arida habitavit, loco remoto ab urbe, ut tranquillitati consuleret.

18. E T R V R S V M I S A A C . Tertia circumstantia, de certaminibus pastorum pro puteis. Primum refodit puteos paternos ab inuidis Palæstinis obtutatos, vers. 15. iisq; nomina pristina reddit, ut ius hæreditarium nominibus renuet. Nam ad eum spectabat eorum possessio, hæreditatis & pactionis iure: Quot fuerint, & quomodo res gesta sit, exponit sequentibus. Nam tres puteos, de quibus sequitur, intelligo illos ipsos paternos puteos: Si enim hos præterilos tenuisset tranquille, noua fossione non fuisset opus. Duo igitur serui refundunt in valle, diuerso tempore & loco: sed à Gerarenibus repelluntur: Ab iniuria illata primum vocat ρων iurgium, à ρων, quod in Hithp. ρων est litigare: LXX. ἀδικία iniquitas. Onkelos, litigium. Alterum πάθον odium, à πάθον odio habere, vnde Satan est, Osor, inimicus, LXX. ἐχεια inimicitiam reddunt: Onkelos Aduersarium. Tertium demum absque contentione obtinet, quem ideo vocat רחוב latitudines, addita causa, ut esset diuinæ beneficentiae testimonium.

In Palæstinis exemplum est enornis malitia, quod non contenti hospitem eiectisse, calumniis atque iniuriis eundem exulem persequuntur, ut aquarum iropia ipsum cum gregibus suis perdant. Hæc crudelitas virum sanctum

grauis-